Belvoir rediret, conjuncti, per inſidias Saladini penes Caſalen Roberti praeciſo utrobique reditu intercluduntur. Etſi vero non ultra cxx. adeſſent iis commilitones, inaudita nihilominus audacia xcIↃ. Saracenorum & reſiſtunt validiſſime Kal. Mai. & plurimos concidunt, at & ipſi non victi, ſed pugna laſſi pene univerſi cum Hoſpitalario Magiſtro intereunt, dum Rideſordius, ac pauci quidam in Urbem Ptolemaidem elaberentur.

Evenit hac pugna, ut Jakellinus de Mailliaco Gallus natione, Turonenſis patria, profeſſione miles Templi, amiſſis fratribus, & comilitonibus unus numeroſiſſimo ab hoſte cingerètur, nec invitatus deditioni vellet conſentire. Sed repugnans & mori pro Chriſto haud veritus, telis, lapidibus lanceis opprimitur, cum magis caeſorum per ſe hoſtium cadaveribus ac enſibus, armisque ſuperſtitum, & circumſtantium retentaretur a fuga. Quod vero Equo, & armis uſus ſit candidis, Turci Divum hoc habitu Georgium militaſſe, ſaltem pingi ſolere gnari, jactabant peremptum a ſe militem ingentis armaturae, qui tantopere Chriſtianos propugnabat. Stipula granis excuſſis relicta per meſſorem erat e loco, at multitudo Turcorum tanta, ut reſolutus in pulveres Campus nulla meſſis indicia monſtraret. Nonnuli ſuperjectum fortiſſimi viri exuviis pulverem ſuis inſpergebant vertici-

bus, roboris ſe futuros ita participes rati, imo repertus qui abſiſſa viri genitalia reſervarit, ut vel mortua membra ſi queant virtutis tantae ſuſcitarent haeredem.

Ptolomaidem caeterum, impulſo aere campano, quatenus plebs miſſae Sacrificio accurreret, validiſſimus cingit hoſtium exercitus, ut Templarii mox animum deſpondiſſe viderentur; cum vero & ii, & populus Sacris in Templo adeſſe crederentur, omnes Turci ſcalis moenia transcendere connituntur; verum Templarii occulta quadam erumpentes porta incenſis papilionibus exarmatam calonum turbam conficiunt, quorum perterritus clamore Saladinus, & ſuos a muris revocat, & viribus totis occurrit victori, deſperatus hic Tripolitanus mutata veſte, ac faciem larvatus Robuſtiſſima Turcarum legione Templarios adortus irrumpit, ut Magnum, ſi occurrat, Magiſtrum proſterneret; Rideſordius tamen agnito Religionis ſuorumque proditore congreſſum caute declinans, rem cum ſuis adeo gerit generoſe, ut exiguo ſuorum impendio CIↃ. Turcorum XV. conficeret, quare Saladinus ſpe urbis vi capiendae poſita, jubet Tripolitanum reconciliationem ut cum Rege, Templariisque ſimulet, atque ſic illos majori afficere ſtudeat detrimento.

HEROLDUS *Lib. I. Cap. I.* VITRIACUS *Cap. XCIX.*

## ANNUS CHRISTI CIↃCLXXXVII.
## ORDINIS LXX.

Sic reverſus ad ea Tripolitanus ſparſa obſidionis per Saladinum intentatae fama robarat Tiberiadem, & Conjuge ibi relicta, quosdam ſuorum ad Regem, & Rideſordium deſtinat praemiſſi orans diſſidii veniam, amorem ſpondens in poſterum, ac fiduciam, praecipue cum, & Fraudes Turcarum agnoverit, & palam iis omnem amicitiam renunciarit, quae, tametſi ſimularentur dumtaxat, quis non ejusmodi hominis Chriſtiani verbis crederet, ac affectum ab eo, fidemque ſibi promitteret, qui tamen e praelio circa Tyberiadem IV. Non. Quint. primus fugam arripit, ut hoſtis victor noſtrorum fugientium inhaerens tergis, pauculos e toto exercitu dimitteret ſalvos. Capiuntur Crux, & cum Rege Rideſordius Magiſter, aliique Optimates caede Chriſtianorum tanta, quantam a capta Palaeſtina non ſubierunt.

Templarii, & Hoſpitalarii rejecto fugae conſilio usque ad extremum ſe defendentes pene cuncti proſternuntur, quin & captivi praeter Magiſtrum ſubjiciuntur enſi, quod Saladinus utrumque militarem ordinem delere conſtituerat. Imo his alii quoque milites admiſcentur, dicentes ſe Templarios ut mortem ſubeant pro Chriſto. Sane Nicolaus Templi miles tanto fervore mortem obeundam caeteris perſuaſerat, ut aegerrime pri-

mus, ut avehat, Martyrii Lauream accipere potuerit, cùm praevenire ſatagerent imperterrita idem affectantium fratrum pectora. Inſepulta diutius Sanctorum corpora Martyrum manifeſtus deſuper e Coelo radius commonſtrabat.

Guido Rex in Signum victoriae relictus vivus pro augmento contumeliae oneratus ferro hinc inde trahitur per Saladinum, & auditi clamores; neque Regem, neque Ridefordium aut torqueri, aut turpi ſatis tolli exitio poſſe, qui copiarum, & Sanctae civitatis extiterint proditores. Cladis reliquum, & detrimenta inde promanantia Terricus magnus Jeroſolymitanae Domus Templi Praeceptor gemina Epiſtola graphice delineat, priore quidem ſuis per Occidentem fratribus ſignificans: ad captam, praeter Caſtrum, a Saladino Tiberiadem, ſiniſtra Chriſtiani nominis pugnarum ſorte, occubuiſſe de templi Equitibus CCXXX. alios ad Maji Kal. LX. ſe tamen elapſum. Hoſtes Ptolemaide vi capta totam inundaſſe regionem, Jeroſolyma, Tyro, Aſcalone, Beritoque Solis adhuc dum ſalvis, ſed duriſſima obſidione, ni Europaeum adſit ſubſidium extreme periclitantibus. Quidquid a Tyro Jeroſolymam, & Gazam usque terrarum porrigitur, formicarum adinſtar cooperuiſſe Turcos.

Altera Terrici Epiſtola redditur certior Henricus Anglorum Rex, Jeroſolymam,

& *Sionem* jam Septembri menſe prolapſas in manus Saladini. Crucem de Templo domini, Salomonico illo, depoſitam, biduo per urbem fuſtibus vapulaſſe, Templum iſtud intus, forisque aqua roſacea totum ablutum, ſuperque illud contra quatuor mundi cardines acclamata deliria Mahometis; Tyrum a III Id. Nov. tredecim petrariis die quaſſatam, noctuque ad Kal. usque Penultimo Dec. & anni die defenſores diſpoſitos per moenia ſtudio Conradi montis Ferrati Marchionis, qui claſſe XVII. Triremium, X. navicularum conjuncta ſibi utraque Templi, & Hoſpitalis militia, navigia Saladini proſpere oppugnarit.

Verum Saladinus Biblo, Beritoque deditione potitus, vano novem dierum conatu oppugnat Aſcalona, ſed & hanc a Regina Sybilla ſibi depaciscitur, Guidone Rege marito, Rideſordioque libertate donatis, quod illa expetebat. Sic igitur, ut vidimus, Templum Domini Salomonicum primaevam ad ſortem, qua Pſeudoprophetae ſerviret erroribus, revertebatur. Praetoria, & a qua Templariorum nomen, Equitum noſtrorum ſtatio.

Nec melior Domus Templi Jeroſolymitanae ſors, quae quando, quo Urbis loco, per quem conſtructa, nobis haud conſtat, ſtetiſſe tamen illam circiter dimidium hujus Seculi non ſine ratione credi poteſt, cum Conventus militiae Templi

Equites numeraret trecentis plures, Servientibus, quos vocabant, haud accenſitis; non enim tantae multitudini ſufficere poterat particula Regii palatii primis Equitibus in tempus aliquod conceſſa. Fuerit porro Domus haec non procul *Templo Domini* in aliqua parte plateae per *Sacerdotum* Collegium illis, quod ſuo loco diximus, liberaliter contributae, jam cum Urbe in hoſtium lapſa manus, theſauro nihilominus non magno, & eo pretioſiore miraculoſa Deiparae ſtatua caute jam prius in tutiora ſubductis. Hanc Arca occultatam lignea, & illum onerariae inferunt Templarii, rectà Italiam petituri, ſi non ad Lampedoſam Lybiae inſulam vi tempeſtatis fuiſſent ejecti, ſed iſta ſedata, & reſumpto navigandi conſilio, Drepanitanum Siciliae portum iterum coguntur intrare, ni undis carinam opplentibus perire mallent. Triplex hic abnavigare nitentium, caſſus toties conatus, & evanidus indicio viſus ecquidem eſſe Drepani ſedis per ſuperos deſtinatae, ſed id per Equites Templi non prorſus creditum, ſtatua deprenſi jure Conſulis in manus tradita, ſervanda profanae domus muris, quam Munitionis appellant. Conſul Piſas paratam opera Equitum in ſedem deſtinare juſſus, tentat quidem fide ſumma, nullo tamen ſucceſſu, quod trahentes currum boves non portum petere vellent, non [illegible] aliaq

templi Annuntiationis B. M. V. a Patribus Carmelitis procurati conſiſterent, nullis ulterius movendi ſtimulis, ſed ſtatua ſedi caelitus deſtinatae illata. Cultam hanc maxima Veneratione. Anno CIƆIƆCCXXI titulari feſto VIII. Cal. April. a Joſepho Comite Eſzterhazyo Tribuno, & equeſtri, quam is ductabat, Ungarorum legione accepimus.

BARONIUS *Tomo XII. ſub Urbano III.* GUMPENBERGIUS *Lib. II. Num. XX.* HEROLDUS *Lib. I. Cap. I. Hiſtoria Joroſ. pag.* 1151.

## ANNUS CHRISTI CIƆCLXXXVIII.

## ORDINIS LXXI.

FAMA cladis una, virtutisque Equitum Templi ac Hoſpitalis per Europam ſparſa, qualiter ſoli fere Saladino repugnantes, glorioſe, pro Chriſtiana Religione plurimi occubuiſſent. Proceres nobilesque permulti non nomen tantum Ordinibus dabant, verum & ultimæ voluntatis Tabulis avitas haereditates conſignabant, qua demum methodo tam plurimis Templarii augentur bonis, quam Joannitae. Guido Rex interim copias undique coactas corpore in modum circumponit Ptolemaidi; in Hoſpitalarios ſtantes eo die pro cuſtodia erumpunt defenſores, & loco cedere compellunt, verum per occurentes Templarios, victores ab intentata

tentata caſtrorum eruptione ſtrenue propulſantur. In ſubſidium conſtructae Urbis IV. Non. Octobr. accurrens Saladinus a plaga Septentrionali, cruenta pugna invadit oppugnatores, qua cum duobus circ. aliorum Ridefordius Magiſter occumbit, Saladino tamen Friſonum virtute rejecto ab obſidione haud deſiſtitur.

PANTALEON *Hiſt. Joan. Lib. II.*

## TERRICUS *)

### XII. MAGNUS MAGISTER

ANNUS CHRISTI CIↃCLXXXIX.

ORDINIS LXXII.

AUTHOR Conſiliorum obſidendae Ptolemaidis.

SCHURZFLEISCHIUS *P. I. Diſp. XXXVI. Num. XII.*

---

*) Salvaing hanc Seriem obſervat; ut qui ponit primo Arnoldum, tum Terricum, ac poſt hunc Gerardum C. G. Anton. in Praefat. & p. 91. negat Terricum, unquam fuiſſe M. Magiſtrum, Sed magnum Priorem Templi in Jeruſalem duntaxat, uti & pag. 111.

# GUALTERUS *)

## XIII. MAGNUS MAGISTER.

### ANNUS CHRISTI CIƆCXC.

### ORDINIS LXXIII.

RICHARDUS Angliae Rex ſuſcepta in Palaeſtinam expeditione adnavigans capta Nicoſia Urbe Cyprum inſulam Regni conſpicuam titulo facile ſubactam Templariis divendit XXXV. CIƆ. marcarum argenti pretio; qui Bona haud vectalia, quod latronum more vi ſibi aſſererent, nulla fidelium, infideliumve ratione Chriſtianos, Ethnicos pari, ac eadem metirentur decempeda, diuturna gaudere non poterant poſſeſſione, conſtat enim reſtituto iis aere ceſſiſſe ipſam Guidoni, quod infra dicemus.

SANUTUS *Lib. III. Par. X. Cap. IV.*

### ANNUS CHRISTI CIƆCXCI.

### ORDINIS LXXIV.

TRACTA jam biennium Obſidione, ac appulſis Francorum Philippo, & Anglorum Richardo Regibus, cum Ptolemaidem corona fortius ſtringi placuiſſet Templariis maritima obtingit ſtatio, qui Urbi IV. Id.

*) C. G. ANTON p. 121. ponit illius Praefecturam intra annos 1189-1191.

Quint. praeceperunt ſui ordinis Conventum incertis amiſſa Jeroſolymae ſedibus, vagum inducunt, & ex eo tempore Conradi Monferratenſis partes contra Regem Guidonem orta de Regno aemulatione fovebant. Richardus interim Gazam Urbem a ſe reparatam Templariis, ad quos antea pertinuerat, cuſtodiendam tradidit, poſtquam in Ptolemaidis recuperatione Leopoldum Auſtriae Ducem deturbato, & proculcato ipſius vexillo mutum offenderat.

Quaedam novi Ordinis ab Anonymo Teutone lineamenta jam tum circiter annum CIƆCXIX. duci caepiſſe diximus, nuper tamen ſub obſidione Ptolemaidis, quod Bremae, Lubecaeque cives in aegros ſuae gentis eximiam exercuiſſent caritatem, viſum tandem erigere Ordinem tertium aeque militarem, nobilem Templariorum ſocium, quorum Inſtitutis viverent bello & pace novi Fratres, dicti Teutonici a gente quam recipiebant ſolam ad diſtinctionem Templariorum, queis Galli, & Joannitarum, quibus Itali dedere principia. Confirmat Ordinem Coeleſtinus III. Papa candido juſſum ſuos veſtire amictu, ſed atra praefixa Cruce. Hoſpitalitatem exercent, cum Joannitis, & barbas alunt Teutonici B. M. V. milites dicti.

Taxantur per hoc tempus crimina gliſcentia, in Templariis, ambitio, avaritia, voluptates, caeteraque inde provenientia:

# GUALTERUS *)

## XIII. MAGNUS MAGISTER.

### ANNUS CHRISTI CIƆCXC.

### ORDINIS LXXIII.

RICHARDUS Angliae Rex ſuſcepta in Palaeſtinam expeditione adnavigans capta Nicoſia Urbe Cyprum inſulam Regni conſpicuam titulo facile ſubactam Templariis divendit XXXV. CIƆ. marcarum argenti pretio; qui Bona haud vachalia, quod latronum more vi ſibi aſſererent, nulla fidelium, infideliumve ratione Chriſtianos, Ethnicos pari, ac eadem metirentur decempeda, diuturna gaudere non poterant poſſeſſione, conſtat enim reſtituto iis aere ceſſiſſe ipſam Guidoni, quod infra dicemus.

SANUTUS *Lib. III. Par. X. Cap. IV.*

### ANNUS CHRISTI CIƆCXCI.

### ORDINIS LXXIV.

TRACTA jam biennium Obſidione, ac appulſis Francorum Philippo, & Anglorum Richardo Regibus, cum Ptolemaidem corona fortius ſtringi placuiſſet Templariis maritima obtingit ſtatio, qui Urbi IV. Id.

*) C. G. ANTON p. 121. ponit illius Praefecturam intra annos 1189-1191.

Quint. praecipuum ſui ordinis Conventum incertis amiſſa Jeroſolyma ſedibus, vagum inducunt, & ex eo tempore Conradi Monſerratenſis partes contra Regem Guidonem orta de Regno aemulatione fovebant. Richardus interim Gazam Urbem a ſe reparatam Templariis, ad quos antea pertinuerat, cuſtodiendam tradidit, poſtquam in Ptolemaidis recuperatione Leopoldum Auſtriae Ducem deturbato, & proculcato ipſius vexillo murum offenderat.

Quaedam novi Ordinis ab Anonymo Teutone lineamenta jam tum circiter annum CIↃCXIX. duci caepiſſe diximus, nuper tamen ſub obſidione Ptolemaidis, quod Bremae, Lubecaeque cives in aegros ſuae gentis eximiam exercuiſſent caritatem, viſum tandem erigere Ordinem tertium aeque militarem, nobilem Templariorum ſocium, quorum Inſtitutis viverent bello & pace novi Fratres, dicti Teutonici a gente quam recipiebant ſolam ad diſtinctionem Templariorum, queis Galli, & Joannitarum, quibus Itali dedere principia. Confirmat Ordinem Coeleſtinus III. Papa candido juſſum ſuos veſtire amictu, ſed atra praefixa Cruce. Hoſpitalitatem exercent, cum Joannitis, & barbas alunt Teutonici B. M. V. milites dicti.

Taxantur per hoc tempus crimina gliſcentia, in Templariis, ambitio, avaritia, voluptates, caeteraque inde provenientia:

IV. Non. Quint. Litem pro Monachis contra Templarios definiunt.

LUCIUS *Lib. II. Cap. XIV.*

## *ROBERTUS DE SABLOIL* *)

XIV. MAGNUS MAGISTER.

ANNUS CHRISTI CIↃCXCV.

ORDINIS LXXVIII.

DUFRESNIUS *Tomo III. ſub voce Templarii.*

## *GILBERTUS HORAL* a)

XV. MAGNUS MAGISTER.

ANNUS CHRISTI CIↃCXCVI.

ORDINIS LXXIX.

DU FRESNIUS *Tomo III. ſub voce Templarii.*

---

*) Vide App. I. 13. C. G. ANTON ponit hunc intra annos 1191 - 1195.

a) Vid. ibid. 14.

# PONTIUS RIGALDUS

## XVI. MAGNUS MAGISTER.

### ANNUS CHRISTI CIↃCXCVIII.

### ORDINIS LXXXI.

CHRISTIANI Palaeſtinae victoria uti neſcientes, neglecta quae facile occupari poterat Jeroſolyma, Toronium Arcem trimeſtri ſolido fruſtra oppugnant, cum Templarii moribus haud ſat caſtigatis, avaritia ſtimulante auro hoſtili corrupti per Conradum Herbipolenſ. in Franconia Praeſulem caeteris perſvaſiſſent primoribus, ut totum Armorum robur alio verteretur, indignantibus, et ſeſe abjungentibus doli Templariorum gnaris, ut diſſidia noſtrorum animos immenſum efferrent, Saphadino. Sic Germani Ptolemaide relicta Templariis, reliquo ab exercitu ſeparantur.

Decidendae liti, quae Templi militiae cum Coimbricenſi Epiſcopo, & Canonicis Monaſterii S. Crucis eſſet in Luſitania Judices dantur e Ciſtercio Alcobatiae, caeterique Abbates, ac Monachi.

KERIUS *ſub Alexio Aug. Comneno.* SARTORIUS *Ciſterc. Tit. XXV.* *)

---

*) Hoc eodem anno ad preces Magiſtro Conr. & Fratris Franconis Henricus Hungariae Rex Templariis eximias immunitates concedit vid. G. Fray. Diſſ. de Prior. Auranae p. 8.

## ANNUS CHRISTI CIↃCXCIX.

## ORDINIS LXXXII.

FULCO vir Sanctitate clarus Richardum Angliae Regem cum alias, tum praecipue ad mortis deductum confinia monet, pellicum triadem aula ut emoveat, ſi animae Regnique ſit cordi ſecuritas, ambitionem, luxuriam, avaritiam. Reponit illico Rex haud eas amplius in aulâ eſſe; Ambitionem quippe deſponſam Templariis, ſocias geminas totidem aliis Ordinibus.

CASTELLUS *Controv. XLIII.*

# GABRIELIS KOLINOVICS SENQUICZIENSIS CHRONICI EQUITUM TEMPLARIORUM.

## *LIBER SECUNDUS.*

### *PHILIPPUS DE PLESSIEZ* *)
### XVII. MAGNUS MAGISTER.

### *THEODATUS DE BERSIACO* **)
### XVIII. MAGNUS MAGISTER.

HORUM uterque in vetuſtis Magiſtrorum Catalogis adjunctas habent Anni notas ſa-

*) C. G. ANTON. pag. 151. ſuſpicatur hunc pſeudonymum duntaxat, nec unquam M. Magiſtrum ſed cum Theodato de Berſiaco confuſum fuiſſe.

**) C. G. ANTON. pag. 154. dicit ſe ad Annum 1308. in Gallia reperire Petrum de Montaigu, ſeu de Montacuto, qui M. Magiſtrum, neque

duobus reliquis exeſis vetuſtate, ut incertum ſit, quo quisque anno adierit ordinis gubernacula, vel ſorte mortuus reliquerit, aut ſecus.

DU FRESNIUS *Tomo III. ſub voce Templarii.*

## ANNUS CHRISTI CIↃCCCI.

## ORDINIS LXXXIV.

PARISINI Templarii Jure contra Decanum S. Quintini ob quandam Praebendam agentes coram Senonenſi Archiepiſcopo evincunt litem, ac ſententiam in ea latam Innocentius III. Papa ratam habet. E contra Siculorum Rex Carolus II. Diadema, dignitatemque regiam Jeroſolymae Henrico Cypri Regi indubia Templariorum factione ceſſiſſe, horum vectigalia per ſuam ditionem, campeſtresque reditus aerario ſuo addicit, praedia vaſtari, diripique jubet.

BZOVIUS *Annal. Tomo XIII. Num. V.*
ILLYRICUS *Cent. XIII. Cap. VII.*

---

tamen de eo aliquid ultro affirmat, niſi quod pag. 171. Thomam rectius a Pariſio Petrum appellari, eundemque indubie eſſe, qui ad An. 1308. in Galliis M. Magiſter fuerit, exiſtimat.

## ANNUS CHRISTI CIↃCCV.

### ORDINIS LXXXVIII.

MARIA Conradi Monteferratenſis filia, in Spem Regni a Templariis, & Joannitis Tutorum, atque Curatorum auctoritate pro ſui ratione ſtatus educata, Innocentio Papa qui per Nuntios conſulebatur non diſſentiente, cedit in conjugem Joanni Breno Viennae Allobrogum Metropoleos Dynaſtae.

HEROLDUS *Lib. III. Cap.* I.

## ANNUS CHRISTI CIↃCCIX.

### ORDINIS XCII.

CAETERIS inducias cum Saphadino Saladini fratre, ac ſucceſſore, quod utilius videbatur, produci cupientibus, militiae Templi Magiſter, & Praelati repugnant.

SANUTUS *Lib. III. Par. XI. Cap. IV.*

## ANNUS CHRISTI CIↃCCX. *)

### ORDINIS XCIII.

DEQUESTIS Templi equitibus, uti veſtitu albo Teutonicos, qui tamen ſibi ab ipſo

---

*) In Serie Appendicis I. 18. exponitur ad h. a. Petrus Montacutus Magnus Magiſter Templi. Hoc militiae Templariorum Praefecto magis verſus Hieroſolymam contendentium

primordio tributus eſt, jubet hunc deponi Pontifex Innocentius, & priſtinum reſumi.

RAYNALDUS *Tomo XIII. Num.* 35.

ANNUS CHRISTI CIϽCCXI.

ORDINIS XCIV.

CONTROVERSIA ſuper caſtro *Gaſtonis* Templariorum cum Leone Rege Armeniae fidelium communione moto ob retenta illorum Bona. Durantus Templarius ab Innocentio III. Pontifice deligitur, qui cum Pandulpho viro & Jurisprudentia, & amore Juſtitiae laudatiſſimo in Angliam profectus Joannem Regem a vitae perverſitate ad frugem revocaret.

DU FRESNIUS *Tom. III. ſub voce Templarii.* VERGILIUS *Tomo I. Lib. XV.*

ANNUS CHRISTI CIϽCCXIII.

ORDINIS XCVI.

LEONEM Templariis infeſtum, neque parum rei Chriſtianae inferentem damni, ve-

---

turba plus ardoris, quam conſilii habuit, nec tam juvit, quam impedivit Inſtitutum v. Abb. Staden. An. MCCXII quos excivit haud dubie Epiſtola a Balduino ſcripta apud Arnoldum l. c. cumque ſaepe inopia commeatus gravarentur, videtur occaſio foederis ſeditioſorum ruſticorum arrepta.

tat ea in poſterum patrare Papa Innocentius, ablata reſtituere, vireſque Crucis Chriſti propugnatoribus in Saracenos conjungere hortatur.

Bzovius *Tom. XIII. Num. XIV.*

## *GULIELMUS MONTEDONIUS* *)

### XIX. MAGNUS MAGISTER.

### ANNUS CHRISTI CIↃCCXVI.

### ORDINIS XCIX.

IN Supremum militiae Templi ſubſellium provehitur, ſub quo accurrentes de ſuſcipienda per Fridericum II. Imperatorem orientali expeditione nuntii animant ad alacriorem belli proſequutionem, meliorum ſpe facta ſucceſſionum. Hi Saphadinum dilapſas produci petentem inducias improvide rejectum, ad bellum tota virium mole inſtaurandum, & ſolo adventu hoſtes obvios in praeſidium montis Tabor ſe recondere compellunt. Per Honorium III. Innocentii ſucceſſorem, uti Privilegia innuunt Joan.

*) C. G. Anton. p. 161. refert eum etiam Vilhelmum de Chartres vocari, qui haud dubie idem eſſe deberet cum Gulielmo de Carnoto, quem Autor noſter in ſerie mox poſt Montedonium, quaſi diverſum collocat; D. Anton. autem in ſua ſerie nuſpiam alibi nominat.

Ungariae ſtrictius etiam ſumptae negandi fas reliqueris. *)

---

*) Templarios in Hungaria extitiſſe, quamplures fide Hiſtorica evincere conabantur, ſed res nondum ſatis luculente deducta eſt. Quin ſub Regum Hung. Juriſdictione Templarii beneficia poſſederint, quaeſtio quidem otioſa foret, cum id non uno argumento evictum ſit; verum an etiam, & ubi Manſiones, ſive domos habuerint, easque incoluerint in perſona, id quidem eſt, quod adhuc uberius declarandum reſtat. Cl. G. Pray Diſſ. de Prioratu Auranae pag. 5. ſeq. commemorat litem, quae circa An. 1169. inter Templarios, & Lampridium Scardonenſem Epiſcopum de Prioratu Auranae interceſſerit, unde tamen nec tempus, quando ejus poſſeſſionem obtinuerint, neque an ibi reipſa Manſionem habuerint, ſatis apparet: & quamvis in Diplomate Henrici, ſeu Emerici Regis de Anno 1198. ibidem relato expreſſiones illae: *Fratres Militiae Templi in Hungaria una cum poſſeſſionibus, et ſubditis eorum in Regno noſtro habitantibus — Praecipimus etiam omnibus Domus militiae Templi, ac hominibus eorum — ut nemo aliquid ab ipſis Fratribus, & domibus ſuis militiae — [illegible] eas vel domus — per eos vel Domus eorum* prima fronte aperte videntur indicare Templarios in Hungaria & domus habuiſſe, & ibi reſediſſe, ſi quis tamen negaret domus illas *diverſoria* duntaxat non *Manſiones* fuiſſe, *perſonas* vero tantum pro Adminiſtratione Bonorum ibi verſatas eſſe, quemadmodum vidimus Ciſtercienſes, & Praemonſtratenſes extra Regnum habitantes apud nos Bona poſſediſſe, & per ſuos Fratres adminiſtraſſe; hancque conjecturam ex verbis illis Diplomatis Emerici

Chriſtianis caeteris bellum ad Taborem parantibus, Magiſtrum Montedonium aegritudo retinet Ptolomaide, verum reliqui templi milites, non ſine validis, qua Hoſpitalis, qua aliorum auxiliis, Caſtrum pe-

---

confirmari una cum *perſonis, & ſubditis eorum in Regno noſtro habitantibus* (ſubditis) *& legationem, atque negotia templi praedicti exercentibus* (Fratribus) nihil ſane reponere ſolidius poſſumus, quam illa Gregorii PP. Verba: *Magiſtro, & Fratribus Templi de Ungaria* & quod Andreas II. de Anno 1219. Praefectum vocet: *Per Hungariam, & Sclavoniam Domus militiae Templi Magiſtrum* ſemper tamen adhuc aliquis inſtare poteſt, his omnibus ad ſummum id evinci, fuiſſe Templarios in Provinciis Sacrae R. Hungariae Coronae, ſed intra limites Hungariae ſtricte ſic dictae Bona duntaxat poſſediſſe, collegia vero non niſi in partibus maritimis habuiſſe, id quidem luculentius convincere tanto minus valemus, quod hactenus vix 20. monumenta, eaque maximam partem tranſumta ſolum noverimus, quae Templariorum Bona duntaxat in Hungaria commemorent, nullam fixam habitationem determinet; miror ſi tanto eos numero fuerint, uti vulgaris refert traditio, quaſi omnes veteres ruinae non niſi Templariorum teſtentur memoriam, quarum tamen ſucceſſivum poſſeſſorium non ſemel in *Foris* e monumentis erutum nunquam ad Templarios reductum eſt. Quidquid igitur de Templariis in Hungaria ſtricte dicta refertur, id veriſimiliter potius perſvaſi, quam ſufficienter convicti tenemus hactenus. Forteſſis vulgus Templarios cum Hoſpitalariis, eorum in quibusdam *Bonis ſucceſſoribus* confuderit

regnicorum

regrinorum quod olim Filii Dei Deſtrictumque fuit appellatum Caeſaream inter, & Ephraim, in illius dioeceſi amplo, marique imminente ſuper promontorio reſtituere occipiunt, quod a tribus mundi cardinibus naturali ut praefertur, ſitu munitum ſit, ab oriente turrim habet militum Templi opera conditam adverſus latrunculos peregrinis ultro citroque Jeroſolymam euntibus imminentes, & belli, aeque retentam tempore, ut induciarum conſtanter, poſterius vero nomen ſtricta ex via nactum.

Hebdomadum VII. labore fodientes Templarii, quaepiam ad fundamenta pertingunt, ac theſaurum parem ſtruendo, quod deſtinabant, munimento reperiunt; nec multo poſt continuatis operis, aquae ſalubris rarum naturae munus, fontes ebulliunt: quod vero nec lapides caementumque ſuis a militibus deſiderari paſſa ſit divina bonitas, duae primum turres, reliqua dein qua robori, qua congruae deſervitura habitationi, aedificia cum oratorio conſurgunt, non ſine praegrandi utilitate, quod Equitum Templi Conventus Ptolemaide non infima illa quidem, ac illuſtribus moribus urbe, iſthuc) tertium quippe a ſui fundatione Praetorium ſit translatum. Caſtri territorium piſcaturae gaudet, Salis fodinis, paſcuis, vineis, hortis, & pomariis non deſtitutum, Saracenis quidem quoque terribile, ut cum Ptolemaidem inter, ac Jope-

ſolymam nullum ſit iis munitum receptaculum, relinquendae nobiliſſimae hujus plagae impoſitam ſibi neceſſitatem exiſtiment, quin & muniendi Taboris, quod interjectam ipſius montanis campeſtrem planitiem infeſtam, Templariorum ne arari, ſeminari, meti poſſet, redderent procurſiones.

*Archi Diaconus Cap.* XXVI. PARISIUS *Chron. in Henric. III.* VITRIACUS *Lib. III.*

## GULIELMUS DE CARNOTO

### XX. MAGNUS MAGISTER.

### ANNUS CHRISTI CIↃCCXVIII.

### ORDINIS CI.

ERAT Corradino Saphadini filio Damaſci Soldano ſpina in oculis Caſtrum noviter ut praefertur exſtructum peregrinorum; cui manu robuſtiſſima, & circumpoſita obſidione vi capiendo inhiat, majore fortiſſimorum Templi Equitum virtute infectis rebus, & abjecta ſpe potiundi recedere compellitur, etſi Magiſter Gulielmus tum abeſſet in obſidione Damiatae, ubi VII. Kal. Novembr. ejus invadentes caſtra Aegyptii, exiguo illato damno equitatu expedito aguntur in fugam usque ad pontem ſua conſtructum opera luculenta quingentorum,

quod [illegible] transfugae jactura. Quo actu e navigiis Templariorum Cogo projectus prope urbis ripam impugnatus, & fere jam captus, cum victoribus Aegyptiis pariter, ac victis Templi militibus demergitur, mali [illegible] non multum ſe ſuper undis apparens; quodorpus nempe, a Templariis cum obſiſtendo imperes, celebratiſſimi Samſonis Exemplo morituri plures, ac enſe conficere quirent, ſecum pertrahere cupiviſſent in ruinam, relicta Damiatae propugnatoribus victoria ſolidam lugenda hebdomadem.

S. ANTONINUS *Par. III. Tit. XIX. Cap. III. §. 1.* VITRIACUS *Lib. III.*

ANNUS CHRISTI CIↃCCXIX.

ORDINIS CII.

REJECTA per Templarios aeque, ac religioſos quae fratris inſtinctu offerebatur a Corradino pace, oppugnare Damiatam pergunt Chriſtiani; verum hoſtis Prid. Kal. Sext. [illegible] Templarios aggere, fugatoque milite pedeſtri caſtra fere penitus intercipit, verum a Magiſtro Carnoto, & caeteris qui aderant ejus fratribus [illegible] erumpentibus profligatur. Periclitanti Templario militi opem ferunt Teutonici pugna extracta quum crepuſculo [illegible] recedentibus prius Saracenis dirimeretur; unde Templarii,

quorum juncta Teutonicis virtus extollitur, in congreſſu primi, ultimi regreſſu: reduces ad aggerem ſuum, foris, quoad reciperentur eodem caeteri, ſubſiſtunt, quantumvis tres eorum ſupra tricenos abripuerit in captivitatem hoſtis, cum quo paciſci non ſinunt Damiata certo capienda; quin & quosdam invaſores Saracenos generoſe, nec ſine caede repellunt Ptolemaide.

At alia parte Miliche Secaph, alter Saphadini filius, fraterque Corradini, ut Chriſtianos Damiata ſua detraheret, Albani Speculam munitiſſimum Templariorum praeſidium capit, diruitque; quapropter opis Equitibus ferendae praetextu Brenus Rex Jeroſolymae caeteris ad Damiatam relictis, cum parte copiarum Ptolemaidem ſecedit, cum ambitioſa Pelagii Legati Papalis imperia ferre nequiret *)

HEROLDUS *Lib. III. Cap. VIII.* VITRIACUS *Lib. III.*

## ANNUS CHRISTI CIↃCCXX.

## ORDINIS CII.

CORRADINUS agit in ruinam Saphet haud poſtremi caſtrum roboris, traditum non pri-

*) Hoc Anno ANDREAS II. Templariis certa Bona diplomate confirmat vid. Cl. Pray Diſſ. de Prioratu Auranae pag. 11.

dem Saladino patruo a Templariis firmo coactis, poſtquam diuturna obſidione preſſis Magnus Magiſter eapropter appellatus faciendam indulſerat deditionem; brevi tamen quod ſitu eſſet percommodo, & munimenta poſtliminio eriguntur a Templariis, & commeatu, præſidioque caſtrum roboratur.

VITRIACUS *Lib. III.*

## *THOMAS DE MONTE ACUTO* *)

### XXI. MAGNUS MAGISTER.

ANNUS CHRISTI CIↃCCXXI.

ORDINIS CIV.

THOMAS Magiſter, etſi eundem ineundae, qui Terrae Sanctae ſuccurrendum foret,

---

*) Hic in Serie Append. I. non comparet, quem cum Petro Montacuto ex eadem ſuperiùs ad annum MCCX. adeſſe inſerſeris duobus, atque Petri, & Thomae diverſis nominibus obſtantibus confundere nobis haud ſâtimus. Diſcrimen temporis inter A. MCCX. & MCCXXI. haud exiguum quidem eſt, quod nec ſi contradiceret; at hiatus inter Guilielmum de Carnoto, & Hermannum Petragoricenſem, ſive An. MCCXVIII. & MCCXLIV, quem Series Append. I. 20 & 21. exhibet, inter Magnos Magiſtros inſolitus, ſuſpicionem movet cujuſpiam defectus non vanam, quae diligentiae Auctoris noſtri haud poterat ſubterfugere. Vide etiam, quae ex C. G. Ammon. p. 154. & 171. ad An. 1208. ſuperius

conſultationis gratia in occidentem proficiſci oporteret cum reliquis, alium adhibuit pro ſe ſubſtituit.

*SANUTUS Lib. III. Par. XI. Cap. X.*

ANNUS CHRISTI CIƆCCXXII.

ORDINIS CV.

MEMORATUS paulo ante Andreas Ungarorum Rex illuſtre ſuo Regno elargitur Privilegium. Septem Decreti, ſed paris valoris exemplaribus inſertum: ita inquit is, *quod unum per mittatur Domino Papae, & ipſe in Regeſto ſuo ſcribi faciat; Secundum penes Hoſpitale; Tertium penes Templum; Quartum apud Regem &c. reſervetur.* Conſtat ſecundum, & tertium per virum nobis amiciſſimum, rerumque patriae ſtudioſiſſimum trahi ad Stephaneas Romae fundationes, ut terna Exemplaria extra, & praeter ambages

adrulimus; videtur tamen magnum eſſe diſcrimen temporis inter hunc annum, quo jam in Galliis M. Magiſter fuerit, & Auctoris noſtri 1227. & mox adhuc 1234. annum, ad quem Succeſſor Thomas Armandus collocatur. Quin ſi Hermannus de Perigord, quem Auctor pag. 597. cum Armando ſynonimum facit, & intra Annos 1239 - 1244. collocat, atque immediatum Thomae Maurigi Succeſſorem facit, re ipſa idem ſit, oporteat inter Thomae Magiſtratum Gallicum, & immediatum Succeſſorem illius Armandum 31 annos intercesſiſſe, quod probabilitatis limites prope excedit.

Romae adſervantur depoſita, quantumvis aegre veroſimile, quin potius contra morem, providentiaeque dictamen videtur, Regem voluiſſe, id, & Regnum, ut tria omnino una in Urbe, graviſſimis obnoxia perturbationibus, conſiſterentur. Quid ſi per Hoſpitale, ac Templum, Equeſtres Hoſpitalariorum atque Melitenſium, Templariorumque jam jam extinctorum ordines, ſtrenuos ſuos proximo luſtro per Palaeſtinam commilites quod ex modo loquendi praeſtantium a nobis inſpectorum ſcriptorum, & clara Du Freſnii Tomo III. ſub voce Templarii, Interpretatione proclive conjectatu, intellexerit? ut porro de Templariis altum apud noſtrates ſilentium; Hoſpitalarios in aeſtimatione fuiſſe Andreae nemo facile ambiget, quod hoſpitio eorum uſus Ptolemaide, viſa nobiliſſimorum Equitum in aegros caritate, & alacritate ordini nomen dare, receptus conſpicuos annuatim reditus, ſi Timonii ad annum CIↃCCXVIII. fides, vi Regii ſui Diplomatis conferre, atque ſic fortaſſis Privilegii publici pretioſiſſimi, ceu Cymelii aſſervationem condecorare, & quo apud ſe ordo ſit locus, paſſim aliter facere voluerit. An igitur Hoſpitale, ac Templum, quorum Ungaricam Romae conſtructionem ex Inchoffero aſſerit, depoſitionem tamen exemplarium apud Hoſpitale conſuetudine patriae nunquam fieri ſolitam, cum inauditam, apud Templum omiſſa Capituli, & Cano-

nicorum idem procurandum mentione non parum dubiam, ne minimo quidem, praeter quam opinionis indicio probat dictus amicus. An porro memoratos ordines, quorum priori dudum jam in Ungaria conventus, loca referunt, quae Credibilia dicimus, fuiſſe docet in appendice Synodi ſuae ſecundae Pazmanus hoc ex Andreae Decreto credere malis; in medio relinquimus *)

## Annus Christi CIƆCCXXIII.

### Ordinis CVI.

Philippus Francorum Rex CCC. CIƆ. librarum Pariſinarum ſubſidio Palaeſtinae teſta-

---

*) *Tertius ponet Templum*, quid per templum Andreas voluerit, patet ex Inchoffer ad An. 1007. Non his contentus Rex Stephanus, ut Regnum Hungariae continuo haberet, quos in Urbe literis, & Religione inſtructos Chriſti cultui propagando, & ornando adhibere poſſet, Eadem de Cauſa, ſub Protomartyris Stephani titulo 12. Canonicorum Collegium, apud quos reliqui inſtruerentur, & alerentur, condidit, rebusque neceſſariis, tum ad victum, tum ad Templi ornamentum ſtabilivit. (Is locus eſt dictus S. Stephani in Piſcinis; qui poſt aliquod Saeculis, deficientibus quacunque de cauſa Canonicis, & Alumnis, in Parochiam, quae hodie ſupereſt, deſiit. Ita ille. Hinc cum Capitulum, & Canonici de Gente Hungara Romae extiterint, fuerit & locus Credibilis, ut dicere adverimus.

mento reliquit, quorum pars tertia in manibus Thomae *Magiſtri* Templi deponenda foret, ſic Prid. Id. Quint. Mediante febre quartana confirmans.

SANUTUS *Lib. III. Part XI. Cap. X.*

## ANNUS CHRISTI CIↃCCCXXVI.

## ORDINIS CIX.

EQUITES Templi in Hiſpania Septem. Id. Apr. Ceſſariae paciſcuntur cum Equitibus Sanctiſſimae Trinitatis, ut pecudum, armentorumque greges in ſuis mutuo paſcere audeant territoriis.

JOANNES *Triumphi Cap. VIII. Num.* 2.

## ANNUS CHRISTI CIↃCCCXXVII.

## ORDINIS CX.

COMES Sol in Ungaria Praedium Buchedemeis vineis in ſervitium jam ante collatis legat conjugi ſuae quoad vixerit, ea defuncta Templariis. Quod quidem Teſtamentum Diplomate ſuo adſerunt Stephanus Epiſcopus Zagrabienſis; id dolent non liquere, quo jure ſituet praedium: Juriſdictionem Stephani quondam ex Ungaria Szaladinus erat Veſprimienſi Praeſuli caeterum ſubjectas inſulas complecti ſic conſtat, & legat nonnulla huic Eccleſiae Veſprimienſi dictus Comes. Diploma iſthoc

autographum beneficio Adami Raitſanyi Tabularium ſub cura Regii Aerarii apud Piſonienſes conſtitutum, exhibitis inſpeximus deſcripſimúsque. Appenſum eidem Zona Serica Sigillum eſt in cera, cujus latera ovalem videntur referre figuram, licet extrema in cuſpides obtuſas quidem illas exeant.

Caeterum in Palaeſtina orto ſe inter, & Antiochiae Principem diſſidio Templarii ſeptem in illum armant triremes, bellumque terra gerunt, & mari jam triennio, geſturi ulterius quoque ni hoſpitalis Magiſter diſſidia componere ſtuduiſſet. Alioquin uterque hic ordo Friderico II. Imperatori, jam in Palaeſtinam appulſo, quia fidelium communione motum norant per Pontificem, neutiquam favebant & Templarii quidem Soldano Aegypti Epiſtola detegunt, qui Caeſar balnei gratia exiit Contractu Jordanem aditurus capi valeat, vel interfici; verum Soldanus proditionem deteſtatus auditoque fideliſſimorum conſilio Epiſtolam deſtinat ad Fridericum proditionis jam prius non ignarum, hinc diſſidiorum Caeſaris cum Joannitis & Templariis ſemina, nec tamen praecedentium adeo laborabat fama, ut horum. Hinc ſtidem amicitia Friderici cum Soldano pretioſis utrinque culta muneribus, in quibus ab hoc Elephas ad illum. Interim Templarii diſſerri deſtinatum ad Jordanem a Friderico iter conſpicati adverterunt factum proditionis indicium, perque Ge-

roldum, Patriarcham in ſuas arceſſitum partes publicis ad occidentales literis ſtrenue Imperatoris profcindi curat, & quæ pauca in rem noſtram perſtringemus.

Venit hic Pontificio percuſſus Anathemate in orientem vix cum quadraginta militibus, & belliſſimum virum poſtea dolo pellectum ad menſam cum filiis una tradidit cuſtodiae, detento illo ſecius Rege occupavit Regnum. Tranſit in Syriam, ac tametſi verbis admiranda ſponderet, miſſis pacis nuncios ad Aegypti Soldanum contemptibilis fit coram eo, ſcilicet, quia non exercitu ſatis valido ſuccinctus. Muniendae Urbis praetextu Joppen declinabat cum copiis, vere ut cum Soldano ageret commodius. Fit pax conditionibus nemini cognitis, ſed clam inveſtigatis & partim hic ad deprehendendam malitiam miſſis. Ait reſtitutam Jeroſolymam (intellige muris nudatam) quam III. Id. Mar. Vigilia Dominicae Oculi ingreſſus, ſequente Dominica ipſe in Eccleſia Dominici Sepulchri ſe Regem inaugurari curabat, quamvis Anathemate ſolutus nondum, tum quod in Templo Domini Salamonico Mahometis errores diſſeminari haud deſtitiſſent, tum demum licet mancipiis, quae mutuum acceperat, cingendam ſpoponderit, urbe altera ſtatim exiviſſet die, primo diluculo, nihil pendens eſſe Templarii, Jumentaque in muniendae Urbis com-

[illegible]

filio, & ope adeſſe promittebant, Joppēn cum ſimulatu iter arripuit.

Altera Dominicā *Lætare* dicta XII. Cal. Apr. Ptolemaidem veniens conceſſis quapiam communicare populi favores captabat. Peregrinis interim abitum parantibus, neque ullis ſtatutis cum Damaſceno induciis cum impendio ex eleemoſynis Regis Francorum milites nonnulli pro ſecuritate regionis retinendi viderentur; objiceretque Imperator inſcio, ac minus conſentiente ſe electo, & inaugurato Jeroſolymae Rege armatos non fuiſſe retinendos, repoſitum eſt, nil ejus opus fuiſſe vel conſilio, vel aſſenſu, quia fidelium Communione moti. Altero die extra Urbem convocato, per praeconem populo, nunciorum quoque opera Praelatis, ac Religioſis praeſens perſonaliter, invehebatur graviſſime contra Patriarcham, Magiſtrumque militiae Templi, proprias ut culpas in alios detorquere voluiſſe ſatis agnoſceretur, cum & peregrinos cujuſcunque nationis milites ocyus exire juberet Palaeſtina, exemplari contra retinentes poena per Comitem Thomam deſtinatum Regionis Praefectum infligenda.

Armati pro Urbis portis diſpoſiti, Equites Templi eadem exire, non & intrare permittere juſſi; munitis Templo, ac loca quaedam eminentiora, praeſertim qua ad Patriarcham itur, Domuſque Templi, unde hic convocatis Praelatis, ac peregrinis,

[illegible] ſede vacante, quia cum Conſi-
lioque Imperatori adeſſent plurimi Eccle-
ſiam, Fratres Templi, alios Religioſos, ſed
peregrinos. Qua ſede [illegible] per ſu-
perationem [illegible] ad Patriar-
chae Templariorumque oppugnationem ver-
ſus. Rege [illegible] vel Ordinis Prædi-
catorum, Prid. Non. Apr. ipſo Palmarum
die Sabatis verba dicere pro Concione auſi
protraxit, neque laicorum [illegible] per Ur-
bem verberari. Obſidio [illegible] ſuſpi-
cit Patriarcha niſi prius armis obſeſſori-
bus, [illegible] deinde ſtatim rediret ille,
qui cum primum Urbem intraret Imperator,
exuerat. Abſtinuit hic, ſed ſedi non incepto,
ergo urbem [illegible] ſuppoſitam Imperialis
cavit armis, [illegible] illos ad [illegible]
ſibi Soldanum [illegible] deſtinat, qui-
dam nemo in Cyprum corrogandas pecu-
[illegible] miſſas, ac navibus corruptis, ergo
[illegible] ergo, gravius [illegible] a Patriarcha
Cal. Maii ſecreto, vias in portum ſe pro-
ripiens, [illegible] Tum ipſe
Cyprum non [illegible] de-
navigat: [illegible] per Soldani
Duces, [illegible] in via pere-
grinorum [illegible] Hæc e Literis Ge-
roldi Patriarchæ [illegible]

[illegible]

## ANNUS CHRISTI CIƆCCXXVIII.

### ORDINIS CXI.

DIGRESSO e Palaeſtina Imperatore Templarii tumultuantur, & Veneti, ſed depelluntur Ptolemaide per Rainaldum Praefectum Friderici, illi quidem cum ſuo Sacrario delendi penitus, ni Religionis memoria obicem poſuiſſet.

HEROLDUS *Lib. III. Cap. XIII.*

## ANNUS CHRISTI CIƆCCXXIX.

### ORDINIS CXII.

RAYNALDUS in tumultuantes movens, regione, ac munimentis depulſos unica conſtringit Ptolomaide, ademptis omnibus quaecunque foris poſſederant fortunis. Viget Praeceptor Domus Templi in Sicilia, & Calabria Hermanus Petracoricenſis forte is ipſe, quem ſub Annum CIƆCCXXVII. Pictavinum fuiſſe ait Albericus in Chronico MSS. Quis porro ſit Oliverius templi Magiſter Heroldo Tirii Continuatori, ac Pantaleoni ad hunc annum proditus noſſe de Catalogis non datur.

DU FRESNEUS *Tomo III. ſub voce Templarii.* HEROLDUS *Lib. III. Cap. XIV.*

## ANNUS CHRISTI CIↃCCXXX.

## ORDINIS CXIII.

FRIDERICUS Anathemate ſolutus negotii haud parum exhibet Templariis ac Joannitis; Bona illorum ob violatum cum Soldano in Oriente foedus ubique diripit per Italiam. Occidentalium aliqui delati Ptolemaidem Cives Urbis Templariorum inſtinctu Imperatori non modicum favere deprehendunt, conſenſu tamen Antiocheni Principis navibus Gazam tendunt exercitus ductu Templariorum quaqua verſum depopulationibus ditiſſima expleti praeda.

HEROLDUS *Lib. III. Cap. XV.*

## ANNUS CHRISTI CIↃCCXXXI.

## ORDINIS CXIV.

AD Fridericum, qui erepta Templariis Joannitiſque bona non dum reſtituerit, quin eos propriis ejecerit Domibus utriuſque opem orantibus Gregorius IX. Papa Mutinenſem mittit Antiſtitem ſcribens tum a Laterano III. Cal. Mai. quam Reate Idib. Junii monebat vel ablata univerſa reſtitui, vel certe in ſequeſtrum, poſſeſſionemque, quoad cauſa excutiatur jure, conſignari.

BZOVIUS *Tomo XIII. Num. III.*

## ANNUS CHRISTI CIƆCCXXXII.

## ORDINIS CXV.

VOCATIS in Italiam ad conſultandum, qui ſuccurrendum Chriſtianae per orientem rei exiſtimaretur, Templariorum, & binis aliis cum Jeroſolymitano Patriarcha Ordinum Magiſtris iterum iterumque monetur a Gregorio Fridericus, temperet ſibi ab injuriis inferendis, & impedienda propoſiti tam ſancti expeditione, quae ipſa contra Templarios Saracenorum in gratiam patrare a nonnulis credebatur, ſimulat igitur, quia ſic res illius poſcere videbatur, Imperator cum Pontifice ac Templi aliorumque Ordinum Magiſtris concordiam.

BZOVIUS *Tomo XIII. Num. III.*

# *ARMANDUS* *)

## XXII. MAGNUS MAGISTER.

## ANNUS CHRISTI CIƆCCXXXIV.

## ORDINIS CXVII.

UNICA Littera A. notatus in veteribus Catalogis, eruitur ex Epiſtola Theobaldo Regi

---

*) In *Serie* Appendicis I. non memoratur, C. G. ANTON. pag. 199. facit iterum ex duobus Autoris noſtri Magnis Magiſtris Armando, & Hermano Petricorienſi unum, quem Hermannum, ſeu Armandum de Perigord nominat, & Praefecturam illius intra Annos 1239 – 1244. ponit.

Na-

Navarrae aliique Scripta per Orientis Proceres, quos inter Armeniae Magiſter militiae Templi.

DU FRESNIUS. *Tomo III. ſub voce Templarii.*

ANNUS CHRISTI CIↃCCXXXV.
ORDINIS CXVIII.

COLOMANUM Andreae II. Jeroſolymitani filium, Belae IV. Fratrem, Haliciae Sclavoniaeque Regem miſſo ea propter Abbate Ordinis Ciſtercienſis de Czikador vicibus etiam iteratis ad reſtituenda Templariis Joannitisque ablata bona hortatur Pontifex Gregorius IX. animatque in Albigenſes haereticos.

SARTORIUS *Ciſter. Tit. XXVIII.*

ANNUS CHRISTI CIↃCCXXXVIII.
ORDINIS CXX.

VITA functo Alepiae Soldano, Induciae quoque cum Templariis ictae ſimul expirabant, quare hi Guaſcum Caſtrum ſeptentrionali plaga ſitum Antiochiae obſident ductu Vilhelmi de Monteferrato ex Arvernis oriundi Praeceptoris, hac in Urbe Domus Templi. Quamvis porro captivi nonnulli & Apoſtatae ſignificaſſent accedentibus cavendas quas defuncti Soldani vidua ſtruxerit, inſidias, & declinandam imminentem cladem, quin & non deeſſent e Templi militia ſalubrioris conſilii auctores,

dum vires hoſtium explorentur amplius, dictus tamen Praeceptor illos proditores clamans & apoſtatas, hos juſto timidiores nolle ſe habere victoriae participes contestatus, praelii ſignum edit menſe Junio multitudine, nihilominus hoſtium contra conſuetudinem Ordinis Templi in fugam repente actus. Caduht ejusdem Fratres amplius C. non accenſitis reliquis. Turci vero ter CIↃ. Reginaldus de Argentomio inſignis eques Templarius ex Anglia cruciatam prout caeteri relinquit hoſtibus victoriam, Vexillum ſuſtinens eousque, dum ejus manus, Crura, tibiae frangerentur. Occumbit quoque memoratus Praeceptor & ipſe, prius attamen XVI. hoſtibus manu ſua miſſis ad inferos, aliis lethales per plagas redditis inutilibus. Occidentales Templarii clade hac audita, ad vindicandum fratrum Sanguinem ſe una cum Joannitis viriliter accingunt.

PARISIUS *Hiſt. pag.* 593.

## HERMANNUS PETRACORICENSIS *)

### XXIII. MAGNUS MAGISTER.

### ANNUS CHRISTI CIↃCCXXXIX.

### ORDINIS CXXII.

RE Saracena in Edelum Meledini filium Aegyptium & Neſerum Damaſcenum Sol.

*) In ſerie Append. I. af. ad An. MCCXXXIV.

dinès diviſæ; horum diſcordia quas juvare debuerat, rem in oriente noſtrum pene proſtravit; caeteris enim majorem partem addictis Aegyptio, Templarii Damaſceni partes amplectuntur.

Kerros ſub Balduino II. & Joa. Vatacę.

ANNUS CHRISTI CIƆCCXLI.

ORDINIS CXXIV.

COLOMANUS Haliciae Rex, Hugrinus Colocenſis Archiepiſcopus, & Magiſter militiae Templi pervigilabant totam noctem imminente fatali Belae IV. Ungari ad amnem Sajoum contra Tartaros pugna, & altero die horribilem haec heroum trias edidit hoſtium ſtragem, meritò jure victoriam ni hoſtium fere innumerabilis multitudo primis duobus neceſſariam in fugam actis, Magiſtrum Templariorum cum toti Latinorum acie de vita procubuiſſet.

Raynaldi qui Syriae Friderico pro Imperatore praeerat mors perturbat Chriſtianas res in oriente Peregrinis Richardo, cum Comite Palaeſtinae digreſſis, Joannitae confectis ab eodem inſidentes induciis acribus Ptolemaide perſequuntur, Templarii, ut illi neque de commeatu providere ſinerentur, neque mortuos ſuis, quibus recte debentur, domibus ſepeliendos efferre. Depulſi autem per Templarios in commilitones Imperatoris eadem Urbe Teutonici, queruntur de injuria cunctos apud Principes;

ac Praelatos quia oportuit Reipublicae Chriſtianae, receſſurus itaque Richardus theſaurum roborando Aſchalonis Caſtro deſtinatum credere Templi Equitibus omiſit, quin gravi horum offenſione ſibi conflata Friderici Caeſaris Procuratori, aſſervandum tradit.

*Archi. Diaconus Cap. XXXVII.* HEROLDUS *Lib. III. Cap. XVII.* PARISIUS in *Chron. Henrico III.*

ANNUS CHRISTI CIↃCCXLIII.
ORDINIS CXXV.

TEMPLARII de plurimis Saracenorum, quos Babylonis Aegyptiae ſubmittebat in Palaeſtinam Soldanus, ctr. magis tamen ſupera virtute, ac ſui fortitudine militiae, quod ne cogitare quidem poterant rationabiliter, glorioſe triumphant.

PARISIUS *Hiſt. pag.* 786.

ANNUS CHRISTI CIↃCCXLIV.
ORDINIS CXXVII.

CERTABATUR bello Aegyptium inter, & Damaſcenum Soldanos, huic reliquam Chriſtianorum manum ſecum illigant Templarii, claſſicum canunt in Aegyptum, ut Petracoricenſis in Epiſtola ad M. Sanfordium Fratrum ſuorum in Anglia Praeceptorem ſcripta fructum novi cum Damaſceno foederis prolixius depraedicat ſed brevi ea oppurtebit ſolatio, nam fidefragium exsecratus multum Edelus plagam pro habitu-

tionis; petentibus Chorasmiis, illis scilicet ipsis quos hoc nomine Curtius Lib. VIII. Cap. I. Massagetis, & Dahis finitimos memorat, nunc eluvio Tartarorum patriis proturbatis, Babylonem Chaldaeae non veterem illam, sed quae apud recentiores Bagdetum, sedi- tis offert habitandam, & possidendam Palaestinam; Christianos modo emoverent, qui propter Chorasmii trajecto Euphrate per Arabiam desertam, Montana Felicis Arabiae Petreae, Idumaeam emensi, Gazam defensam a Templariis non sine suo, & defensorum caede vi expugnant. Nec melior Ascalonis ab iisdem Equitibus infessae, a barbaris captae fortuna, unde Patriarchae scripto Palaestinae copiae contractae, viri Templarii, Joannitae alii XV. Cal. Novembr. secus Tiberiadem in Galilaea, ad pontem, qua se Jordanis dividit alveus, Chorasmiis occurrunt, decretoria biduoque extracta certatur pugna, innumerabili hostium primo die strata multitudine, altero cruenta editur parte ab utraque strages, occumbunt Magistri Ordinum cum Fratribus ut Templarii xviii. Hospitalarii xvi. [illegible] superstites, quos tamen evasisse potius [illegible] nitur. [illegible] Guilielmus [illegible] ctus Pro-Magister [illegible] in [illegible] do- [illegible] Vi- [illegible] [illegible] [illegible] Christianorum

CIↃ. foediſſima ſua truculentiae veſtigia relinquunt.

Quorundam Religioſorum e Palaeſtina venientium relatione increbeſcit per occidentem, Soldanorum clientes Turcos, & Saracenos intra domos Templi pompoſe recipi, alacriterque exercere imo ſuperſtitiones ſuas, acclamari Mahometi ſeculique luxus fieri nil impedientibus, vel Equitibus ordinis; vel eorum Primoribus.

PARISIUS *Chron. in Henrico III.*

## ANNUS CHRISTI CIↃCCXLV. ORDINIS CXXVIII.

QUANTUMVIS Fridericus Imperator in Concilio Lugdunenſi ad compenſanda Templariorum, Joannitarumque damna ſit condemnatus decretum nihilominus talismodi contemnebat.

NANGIUS *ad hunc Annum.*

## ANNUS CHRISTI CIↃCCXLVI. ORDINIS CXXIX.

TEMPLARII, Joannitaeque ſapuiſſe jam tandem in Oriente viſi ſunt orationes publicas, & jejunia extra conſtitutiones ordinum, pro imploranda Palaeſtinae ope decernunt. *Miſſis Fratrum quibusdam* praetioſa in Memphitici Soldani optimates partiuntur munera, redimendisque ſuis viam praeſtruunt captivis, quorum deſideriorum

certior Soldanus, nunciiſque, primum acriter increpitis, Templarios Joannitasque miſeros ait Chriſtianos, legumque ac ſtatutorum ſuorum violatores, quod Fridericum *) Imperatorem non multo ante prodere ſtuduerint, quod qui mutuo devincti eſſe deberent adjutorio, bellum inter ſe, odiumque quinquennale geſſerint, neque per Richardum Angliae Regis fratrem potuerint componi, ſed in ejus contemtum, Joannitarumque contumeliam Inducias violarint Templarii, Nupero praelio eorum Signifer contra ſtatuta ordinis primus arripuerit fugam, nunc aere ſuos nitantur redimere captivos, quos pro Zona, vel Capiſtro quodam duntaxat ex praeſcripto Inſtituti conſtet redimendos. Merito eos igitur Divina caſtigari virga, detineri carceribus, torvo ait Soldanus, aggravanda e veſtigio ſorte, in nuncii protinus recedant; qui triſtes emptis mediatoribus objectant data, non liberatis captivis in caſſum donaria, reddunt prorſus fidum, ut credebant Soldanici Purpurati conſilium orandum Fride-

*) Conqueritur Fridericus in una Epiſtola apud Math. Paris fol. 547. ſeq. — (Templariorum ſuperba religio, & aborigenorum terrae Baronum deliciis educata ſuperbit noſtro Regio ſoedere perſidiis [illegible] — — ſe infra clauſtra domorum Templi [illegible] Soldanus & ſuos cum alacritate pompoſa [illegible], ſuperſtitiones ſuas cum invocatione Machometi & luxus ſeculares Templarii patiuntur.

rici Caeſaris, quod nuncio, vel ſcripto praeſtet patrocinium, quem quia toto corde Soldanus diligat, ipſius recommendationi in dimittendis gratuito captivis locum ſit protinus daturus. Id dum virales hauſerint nuncii vel Templarii, auras negant ſe conſilii ſecuturos, ſic non abſque confuſione reverſis citra ſpem liberandorum captivorum ad ſua nunciis, palam demum Soldani cum Friderico ſit familiaritas.

PARISIUS *Hiſt. pag.* 926.

## ANNUS CHRISTI CIↃCCXLVII. ORDINIS CXXX.

VIGET in Francia Renaldus de Vichier Domorum Templi *Magiſter*, Mareſchallus Templi & Magiſter.

DU FRESNIUS *Tomo III. ſup voce Templarii.*

## ANNUS CHRISTI CIↃCCXLVIII. ORDINIS CXXXI.

CUM Templarii a Francorum aeque, appropinguante nempe cum copiis S. Ludovico, ut Saracenorum nimis ſuis per Syriam Regum Jeroſolymae liberalitate obtentis caſtellis, & arcibus metuerent eorum Magiſter, & Mareſchallus Joannitarum, dicto Regi perſcribunt, Aegypti Soldanum reconciliandos Alapiae, Damaſcique Principes Gazae Urbi appropinguaſſe, timerique

obſidium Joppe vel Caeſareae circumponendum; ſubornant igitur purpuratorum Soldanicorum aliquem explorare juſſum, quae injecta Regis Ludovici mentione illorum ſenatui eſſet de pace mens? at callide reponit mox Purpuratus, non hanc utique ſed bellum cogitari, parari arma, famam enim authoratorum exercituum huic tantummodo uſui ſpargi voluerat, Soldanus, quare nunciis Magiſtri benigne auditis, neque manu dimiſſis vacua, optimatum quemdam adjungit acturum de pace cum Templario, ſi bona liceat venia Francorum, Alterum ergo ſcribit Magiſter in Cyprum S. Ludovico exaggerato barbarorum apparatu pacis perſuadere niſus neceſſitatem, cujus gratia Procerum non neminem ad ſe miſerit Soldanus, ac forte jam decipiebatur S. Rex ni Cyprius rerum orientalium, ut qui optime gnarus; detracto fraudis ſipario feciſſet palam, veniſſe quidem hominem Soldani, verum neutiquam ſponte, aſt nunciis Templarii jam prius ad Soldanum clam directis invitatum, addita plura de laeſa per Templarium Majeſtate, viribus Reipublicae Chriſtianae barbarico expoſitis ludibrio, quapropter merito actus in iram Ludovicus vetat recipi Barbarorum Legatos a Templario ni capitis velit adire diſcrimen, Deprehenſae tum & inſidiae Ludovici toxico potandi, aut perimendi ſica, Veneficis in id Soldani Magiſtrique auro emptis, quam-

quam plurimi horum conjecti in vincula aſſererent noxam immerito utrique appingi.
HEROLDUS *Lib. IV. Cap. III.*

## *GULIELMUS SONNATUS* *)

### XXIV. MAGNUS MAGISTER.

ANNUS CHRISTI CIↃCCXLIX.
ORDINIS CXXXII.

EXACTA in Cypro hyeme Ludovicus cum Templariis caeteriſque orientis copiis pergit Damiatam, hi cum Atrebatenſi Comite anteriorem hoſtium cuſtodiam indepti LV. proſternunt Saracenos; IↃ. iidem horum Equites procidunt iteratis velitationibus, ſic medio Decembr. ſub hoſtium conſpectu figuntur Caſtra.
SANUTUS *Lib. III. Par. XII. Cap. II.*
VIETROUSKIUS *Tomo III. Lib. X.*

## *RENALDUS DE VICHIER* **)

### XXV. MAGNUS MAGISTER.

ANNUS CHRISTI CIↃCCL.
ORDINIS CXXXIII.

FRIDERICUS Imperator ſub mortem plura unciarum auri CIↃ. pro fructibus penſandis,

*) In Serie Append. I. ss. ad An. mccx. C. G. Anton p. 208. Sonnac vel Sonnai.
**) In Serie Append. I. non memoratur. C. G. Anton p. 224. figit annum electionis hujus etiam 1250. ſed pag. 227. obitum ad An. 1256.

quos eorum Bonis in Regno Neapolitano corraſerat, legat Templariis. Hi capta Damiata, motiſque Memphim verſus copiis, & occurrente hoſtili exercitu ductu Magiſtri ſui Franca cum nobilitate provecti ardentius cladem accipiunt amiſſo etiam Regis fratre. Fractis altero praelio viribus Templarii plerique ad numerum CCL. occumbunt una cum Sonnaco Magiſtro ſuo, cui tamen Renaldus Vicherus ſtatim ſufficitur.

Reverſo e Captivitate Ptolemaidem Rege Ludovico, Joinvillaeus e Proceribus ipſius CCCC. pro Stipendio Aeris Libras nactus, retentis ſibi in neceſſitates XL. reliquum Templario Commendatori aſſervandum credit, qui tamen paucos poſt dies, & acceptam pecuniam, & ipſum [illegible] negat Joinvillaeo. Defert [illegible] Renaldum ad Magiſtrum non ſine querela Joinvillaeus, at & Vicherus nihilo melior e

---

& dicit ſucceſſorem illius ignotum eſſe, cum Petrus de Belgiou in Serie ab eo texta pag. 229. primo ad An. 1264. occurrat, neque credibile ſit octo annorum intervallo nullum electum fuiſſe; [illegible] in Francia Amalricum de la Roche, quem Auctor noſter ad eundem annum 1264. [illegible] ex Serie [illegible] rum Magiſtrorum Petro de Belgiou [illegible] Amalrici Magnum Magiſtrum locat, [illegible] hoc munere, [illegible] ut rectius Auctor noſter [illegible] Franciae [illegible] Autores indeciſum in medio relinquimus.

veſtigio mutat faciem aiens non amplius ut antea carum ſibi fore Joinvillaeum, cujus ſermo furti noxam hominibus Ordinis Templi manifeſto impingat. Sed retorquet Joinvillaeus, ſe illud minime ſubjiciturum cum ne obolus quidem alius adſit in media vivendi. Sic tacitus abſcedit rurſum res expectatur. Abit quatriduum ſolidum, neque dum revera ſciebat, ad quem auxiliatorem, Sanctumque recurrendum foret pro pecunia recuperanda, licet his diebus nil aliarum admiſerit praeter recipiendi aeris cogitationum, quibus demum evolutis accedens Vicherus Magiſter cum riſu narrat inventam eſſe ſuam pecuniam, Joinvillaei inquietem reponitur animus illa plurimum indigentis, nec ex eo tempore viris ordinum credentis pecuniam.

GRIPHIUS *Num. IV. Templarii.* KARIUS *ſub Balduino II. & Joanne Vataze.*

## ANNUS CHRISTI CIↃCCLV.

## ORDINIS CXXXVIII.

UTCUNQUE Rex Ludovicus, cui Regia in Joppe fuerat, deceſſerit Syria, Templi militia fidei ac officii nondum vel oblita, vel negligens totis viribus tueri pergebat, quod ſupererat Palaeſtinae.

TURSELLINUS *Laur. Lib. I. Cap. I.*